



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 54. De Gloria, quà complectitur præmia, quæ Christus promisit in
Apocalypsi Victoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

3. Part. Me-
dit. 21. 22.

c Prou. 3. 11.

c 1. Ioan. 3. 2

d Hebr. 12. 0

corpus glorificatum, cum quatuor dotibus
gloriæ, quæ supra fuerunt positæ; & tunc ma-
nifestat magis Deus dignitatem eorum, qui
sunt ipsius filij: vt enim ait S. Ioannes, c *Nunc
filij Dei sumus; & nōdum apparuit, quid erimus.
Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei eri-
mus: quoniam videbimus eum sicuti est.* O Pater
amantissime, gratias tibi pro suprema hære-
ditate, quam dilectis filijs tuis largiris, licet
hiceos nonnihil in humilitate contineas, &
duriusculè tractes, d *quia flagellas omnem filiū
quem recipis? Quamuis e complaceas tibi in eo
tanquam in filio; quia statuisti eum exaltare, &
honorare, hæredem regni tui illum constitu-
endo. O si ego hac spe filiationis huius per-
fectæ ita excitarer & exultarem, vt vitam du-
cens, sicut filium talis patris decet in terra;
ipse me gloria sua coronaret in cœlo, Amen.*

MEDITATIO LIV.
DE GLORIA COELESTI,
quatenus complectitur septem præ-
mia, quæ Christus in Apocaly-
psi vincentibus pro-
mittit.



GLORIAE cœlestis præstantiam
expressit etiam Christus D.N. in
Apocalypsi S. Ioannis; indicans
septem genera præmiorum, quæ

pro-

promittit se vincen-
tibus scil. Dæmonem & eius tētationes; carnem
& eius passiones; mundum & vanos eius ho-
nores; tyrannos & eorum persecutiones; ac
denique vincen-
tibus seipfos, propriasq; vo-
luntates mortificantes, cum perseverantia vs-
que ad mortē: in quibus promissionibus pro-
portionatur semper præmium & corona, cum
modo pugne, in quā fuit obrepta victoria, vt
in subiectis punctis apparebit.

PUNCTVM I.

PRIMUM ergo considerandum, quod cœ-
lestis Gloria, est præmium illud, quod
promittit Christus D. N. perseveranti-
bus in primo FERVORE; aut per pœnitentiam
ad eum redeuntibus, dicens: *a Vincenti dabo*
edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.
in quibus verbis perpendendum est, quæ ista
sit arbor vitæ, in quo paradiso consista, & quid
sit de ea comedere, ac denique, cui ad come-
dendum detur.

PRIMO, ARBOR VITAE est ipsemet Deus,
cum omnibus suis excellentijs & perfectio-
nibus. Fructus eius sūt opera, quæ ab ipso pro-
cedunt; siue intra ipsum maneat, qualis est
generatio æterni Verbi per cognitionem, &
productio Spiritus S. per amorem; siue extra
ipsum, qualis est creatio & gubernatio mun-
di, sanctificatio & glorificatio Electorū, quæ
vocatur arbor vitæ, quia semper in seipso vi-
uit, & ipse est *b. vita infinita, & c. apud ipsum est*

Psal. 95. 20 fons vitæ tam naturæ & gratiæ, quàm gloriæ & vitæ æternæ. O Trinitas beatissima, gaudeo quòd sis arbor vitæ, à qua pretiosæ ad eò vitæ promanant: Conserua mihi, si ita expèdit, vitam naturalem; auge vitam gratiæ; & tribue postea vitam gloriæ, Amen.

II.

PARADISVS in qua arbor ista est confita, est Coelum Empyrium, vbi in maxima copia delicias producit, quæ sunt propriæ Dei; quibus fruitur, qui ex ea arbore comedit; quæ comestio fit per claram ipsius Diuinitatis visionem, & humanitatis Christi Domini nostri:

Joan. 17. 3. in qua d *cognitione consistit vita æterna*; est quæ tanta huius cibi efficacitas, vt ipsos comedentes in vitæ arbores conuertat, ob similitudinem magnam, quam cum Deo suo habent: ideo quæ idem Sanctus Ioannes in fine suæ Apocalypseos appellat ipsos beatos arbores,

Apoc. 22. 2 siue *e ligna vita, quæ sunt ex vtraque parte fluminis, & afferunt fructus duodecim, per singulos menses reddentes fructum suum*: quia semper viuunt & producant recentes & lauißimos affectus, quibus cõseruant continuè sine vllò tædio, felicem vitam suam. Hæc est cœlestis gloria nomine cibi ad eò gloriosè tecta & occultata, quam CHRISTVS Dominus noster promittit vincenibus. quare, nisi vincam, neque gustare illam poterò. Accipe igitur anima mea, tui Redemptoris consilium: & si *f charitatem tuam primam reliquisti, memor vnde excideris, age pœnitentiam, & prima opera, fac, vt illam recuperes, &*

vin-

vincas torporem tuum: ita stude viuere, sicut arbor sita ad fluentia aquarum gratiæ, vt semper liceat fructus comedere huius arboris vitæ in æternum, Amen.

PUNCTVM II.

DEINDE considerandum, Gloriam celestem etiam esse præmium illud, quod **CHRISTVS** Dominus promittit ijs, qui fuerunt fideles in omnibus tentationibus & persecutionibus, vsque ad mortem, dicens: *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ & qui vicerit, non ladetur à morte secunda.* Apoc. 2. 10

CIRCA quod est considerandum *Primo*, quòd qui in hac vita superantur à Dæmone & eius ministris, & ob metum aut torporem succumbunt peccato, quamuis aliquo breui tempore euadant mortem primam, quæ est mors naturalis, iam inciderunt in mortem secundam, quæ est peccatum, & deuenient ad æternam, quæ est in inferno, ita vt non solum non sint gustaturi arborem vitæ, quæ est in paradiso deliciarum, sed etiam sint mittendi in abyssum poenarum; vbi dabitur illis vt comedant de arbore (si ita dicere licet) mortis, cuius fructus sunt *biguis & sulphur, vermes, serpentes, fletus, & stridor dentium, bibentque de calice amarissimo iræ Dei, vsque ad scætes.* Apoc. 14. 10.

CONTRA verò qui vincunt, quamuis aliquid

rr z parian-

patiantur quoad mortem primam, quia solent interdum in ipsa pugna quoad corpus occumbere, sicut euenit Sanctis Martyribus, euadunt tamen omnino mortem secundam, peccatum scilicet & infernum, à qua Deus illos liberat, ac donat *corona vitæ*, id est corona immortalis, quæ semper uiuat; & quidem vita adeo felici, ut ipsa sit corona victoriæ suæ. Ex quo efficitur, ut mors prima, quæ est corporis, illis non noceat, sed potius sit illis utilis, & ex ea magis ipsi lætentur; quia est illis transitus ad veram vitam. nam ut ait Sapiens, *c Iustorum anima in Dei manu sunt, ideoque non tanget illos, quod est tormentum, & malicia mortis.*

III.

DENIQUE in die Iudicij, eosdem liberabit à morte prima corporis: nam qui victi fuerint; resurgent ad talem vitam, quæ verè est mors secunda: quia *d mittentur in stagnum ignis & sulphuris, ubi cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum*: Victores autem resurgent ad nouam vitam gloriosam: *e In quibus secunda mors non habet potestatem*, quia eorum corpora non solum erunt immortalia, sed etiã impatibilia, splendens, & iucunda, ob nouam illam vitam. O Saluator mi, aperi aures animæ meæ, ut audiam, quid tuus spiritus dicat Ecclesiis; & adiuua me pugnare contra hostes meos & tuos, eo feruore & fidelitate, ut licet moriatur corpus, non patiatur anima, nec me tangat mors æterna. Concede mihi, ita fideliter in obsequio tuo perseverare vsque ad mortem, ut à te accipiam coronam vitæ, Amen.

PVN-

*c Sapi. 3.1.**d Apoc. 20. 10.**c Apoc. 20. 6*

PUNCTVM III.

TERTIO est considerandum, etiam Glo-
riam esse præmiū quod promisit Chri-
stus, resistentibus suis hostibus, & eorū
confortium vitantibus, dicens illis a *Vincenti* a *Apoc. 2. 17.*
dabo Manna absconditum, & dabo illi calculū
candidum, & in calculo nomen nouū scriptum, q̄
nemo scit, nisi qui accipit. CIRCA quā sententiā
est perpendendum, quid sit illud manna, quod
promittitur, quid calculus cādidus, & nomen
nouum, & quis sit is qui accipit, & scit illud.

PRIMUM MANNA est dulcedo diuinitatis, I.
quæ in ipsa gloria percipitur; quæ sicut alterū
illud Manna, eminentissimo quodā modo b *cō-* b *Sapi. 16. 20.*
tinet omne delectamentum & omnis saporis sua-
uitatem, quam possent adferre diuitiæ, digni-
tates, amici, & ceteræ res creatæ; & quam sen-
sus omnes percipere possent, hac ratione ma-
nifestans *dulcedinem suā, quam habet in filios.*
sed vocat illam *Manna absconditum,* quia est
occulta, & hominibus in terra hac degētib;
incognita; iustis tamē in Cælo, q̄ eam expe-
riuntur, est notissima; imò & iusti in terra ex-
istentes habēt nescio quid eius, quod delibāt.
Quamobrem dixit Dauid; c *quam magna est* c *Psal. 30. 20.*
multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti ti-
mentibus te? multitudo est propter varietatem
fauorū cœlestium, quos in se continet; magna
verò est, propter præstantiā singulorū. O quā
dulcis est Dei sapientia, illā videnti; & quā
suavis eius bonitas illam amanti! quantam-

cunque dulcedinem volútas nostra potest appetere, tantam & multo adhuc maiorem dabit nobis in gloria diuinitas eius.

II.

DEINDE CALCVLVS ille CANDIDVS, qui datur in gloria, est pretiosissimum internum testimonium, quod Beato dat Deus, quo agnoscit ipse approbatum se esse, & electum ad eiusdem Dei fruitionem, cum certissima securitate, quod nunquam sit reprobatus, aut ab illa gloria excludendus, nec dandus sit illi niger calculus, qui datur infelicibus, in signum æternæ eorum reprobationis & damnationis. appellatur autem *calculus candidus*, eo quod illum det Spiritus S. ijs, d *qui de albaerūt flos suas*, scilicet animas, *in sanguine Agni*. Est autem pretiosus calculus, qui datur cum delizioso Manna, ad conuiuas omnes ditandos, & certos securosque reddendos de sui conuiuij perpetuitate. Quod si in hæc vita ita iustum

lætificant e testimonia, que Spiritus sanctus reddit eius spiritui, quod sit filius Dei, & quod nomen eius scriptum sit in libro vite; quanta illa erit lætitia, cernere se iam, non cum testimonijs dubijs aut incertis, sed euidentibus ac certissimis, quod fruiturus sit æternum dulcedine, quam cœpit degustare? in die autem iudicij, Electis & Victoribus dabit Christus D. N. hunc calculum candidum, quæ erit sententia publicæ & manifestæ approbationis, qua dicet: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, quod preparatum est vobis ab origine mundi: reprobis aut, qui victi fuerunt, dabit calculum nigrum.

d Apoc. 7. 14

e Rom. 8. 16.

f Apoc. 20.

g Matt. 25.

34.

gxviii

grum sententiæ damnationis illorum. Quamobrem attende, anima mea, quomodo vitam tuam ducas, quia in hora mortis, est causa tua examinanda, & calculi dandi, & suffragia ferenda circa vitam tuam; attende autem, calculum siue suffragium non esse nisi vnum, quia iudex tantum est vnus: quod si malè vixeris, suffragium & calculum dederit nigrum, tuæ videlicet condemnationis; contra, si benè vixeris, proferet *calculum dandum* tuæ approbationis & Saluationis.

TERTIO NOMEN NOVVM quod est Scriptum in *calculo* est nomen filij Dei & hæredis regni eius; quod nomen exprimitur illa approbatione. nam tunc dabit Spiritus sanctus electis *testimonium, quod sint filij Dei, & si filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Vocatur autem hoc *nomen novum*, quia perfecta adoptio filiorum, & hæreditas gloriæ celestis, de nouo illis datur; & cõseruabitur in ea nouitate in æternũ; cuius tanta est excellentia, vt impossibile sit eam cognoscere, aut vt par est æstimare, nisi cum recipitur in gloria. O felices illi, qui peccata vincunt: siquidem tale præmium, pro sua victoria sunt accepturi ð quàm erũt læci cũ illo cibo *Manna*! quàm diuites & contenti cũ *candido illo calculo* ppetuæ suæ approbationis! & quàm honorati ac gloriosi, cũ h *nouo illo nomine filiorũ Dei, quàm* h. Rom. 8.16
do scil. *apparuerit, quod futuri erant, & similes erũt videntes eum sicuti est;* imò et à ipsi dñati, in quadã veluti vmbra & radi horũ omniũ h. Ioan. 3.16

i Sapi. 5. 5.

cognitione quam in die iudicij habebunt, clamantes & eiulantes dicent. *i Nos insensati vitam illorum estimabimus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est.* O Sancti gloriosi, quorū fors adeo fuit felix, ut *candidus calculus* æternæ approbationis vobis contingeret; impetrate mihi à cœlesti Patre, qui vos in filios & hæredes accepit, ut ita meā vitam instituum in terra, ut eandem vobiscum sortem obtineam in Cœlo, Amen.

PUNCTVM IV.

2 Apo. 2. 26

QUARTO considerandum, Gloriam cœlestem esse quartum illud præmium, quod promittit Christus a *vincenti & custodienti vsque ad finem opera ipsius*, præcepta scilicet quæ ipse seruanda iussit, & opera quæ ipse fecit; & ita ait illi: *Dabo illi potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur; sicut & ego eam potestatem accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam.*

CIRCA quod perpendendum est *primū*, quanto honore Christus D N. eos Sanctos afficiat, qui in hac vita fuerunt oppressi, & à peccatoribus vexati, commutat enim eorum sortes: nam iustis dabit potestatem super Gentes, à quibus fuerunt afflicti, etiam si Reges sint & Principes; quos tenebunt sub pedibus suis, & exultabunt ob iustitiam & seueritatem Dei, qua illos castigabit seuerè

in

in virga ferrea, confringens illos tanquã va-
 sa terrea, quæ non sunt vtilia. Quapropter
 dixit David; *b Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorũ.*
Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum & decretum: gloria hæc est omnibus sanctis eius O gloria vera, gloria solida, & ineffabilis, ad honorandos sanctos à Deo ipso destinata! *O c quã honorificati sunt amici tui Deus, & quam confortatus est principatus eorum,* quibus tu eam potestatem tribuis, quam à tuo Patre accepisti; eo quod imperio tuo subiecti vixerint. Gracias tibi Domine, pro eo honore, quo illos afficis, concede mihi illos imitari in hac vita, ut eorum particeps fiam gloriæ. Amen.

b Ps. 149. 5.

c Ps. 138. 17.

STELLA MATVINA; quæ est danda, est IESVS Christus, verus Deus & homo, qui seipsũ hoc nomine cõpellat. nam quã Deus, *d genitus est à Patre suo, in splendoribus sanctorum, ex utero eius ante Luciferum;* quã verò homo, natus est in mundo, & postea resurrexit; tanquã principium lucis, & primitiæ resurrectionis. Hanc stellam dat Christus victoribus, & ipsũ in suis operibus imitantibus, ut ipsum videant & fruantur, eoq; perueniant, ut ad ipsius etiam imitationem, sint ipsi stelle in firmamento, & participes eius gloriôsæ resurrectionis, resurgentes in corporibus glorificatis similibus

d Ps. 209. 3.

corpori ipsius. O IESV amantissime, qui natus es tanquam stella matutina, ad expellendas è mûdo tenebras ignorantiæ, & tristitias, ac amaritudines culpæ; fac me stellâ in militanti tua Ecclesia, vt in eo splendens lumine vitæ ac doctrinæ, sim quoque postea stella splendens in Ecclesia triumphanti in æternum, Amen.

PUNCTVM V.

QVINTA considerandû, gloriam cœlestē esse s. præmium, q̄ Christus D. N. promisit iis, a qui non inquinauerūt vestimēta sua, & quorū opera corâ Deo sunt plena; quib. ipse dicit: *Qui viderit, vestietur vestimētis albis, & nō delebo nomen eius de libro vitæ; & cōsuebor nomen eius corâ Patre meo, & corâ Angelis eius.* In quib. verbis includuntur tres gloriæ ipsi⁹ excellētis, quas reddit Deus in p̄m:ū victoribus,

I. PRIMA est, q̄ *vestietur vestimentis albis*, quia exornabuntur animæ eorū pretiosissima veste gratiæ, & luminis gloriæ cum diuinâ quadam puritate; & replebuntur perpetua lætitiâ; Et eorū corpora, vestientur quoq; pretiosa veste immortalitatis impatiibilis, & impatiibilitatis splendētis, & splendōris pulcherrimi, supra pulchritudinē solis; adimpleturq; illis q̄ scriptū est, *b in terra sua duplicia possidebunt, vestimētū. s. salutis, & indumentū iustitiæ.* O dulcis Redēptor, gratias tibi p̄ iis gloriæ vestimētis, q̄ in cœlo præparasti pro iis, q̄ in terra gratiæ tuæ vestē induerūt; indue me quæso, veste hac tua, vt fiâ dignus, quē aliis illis postea induas.

a Apoc. 3. 2.
4. 5.

b Isai. 61. 7.
10.

SECUNDA excellentia est, q̄ nō delebitur no-
men eorū de libro vitæ; securos scilicet eos red-
dens q̄ æternum sint cum ipso mansuri in glo-
ria; & sicut ab ipsa sua æternitate, illos scripsit
in suo intellectu & voluntate, eos eligens ut
essent beati; ita per totam quoq; æternitatem
permanebūt; ac porro certos faciēs, nunquam
fore, ut cmittantur in stagnum ignis, quod illi
mittentur, qui scripti non sunt in illo libro. *c. Apoc. 20.
15.*

II.

TERTIA excellentia est, q̄ eos confitebitur,
laudabitq; coram Patre suo, & Angelis eius, ho-
nori sibi ducens, quod illos habeat secum; &
manifestans seruitia sibi ab ipsis exhibita, ut
omnes idcirco illos honorent. Quod ipsū ex-
plicatius adhuc faciet d̄ in die iudicij, corā uni-
uersis hominibus etiā iniquis; tum ad ipsorū
iniquorum confusionem; tum ut videant, quā
fideliter ipse impleat quod promisit, honora-
re scil. eos, qui ipsi fideliter seruiunt. O Deus
æterne, qui e non confunderis vocari Deus A-
brahā, & reliquorum iustorū, qui peregrinatur
in terra, quibus ditissimā & nobilissimā para-
sit ciuitatem in cœlo, gratias tibi, ob hunc ho-
norē, quo illos afficis. Supplico Dñe demissè,
ne confundaris accipere me in seruū tuum; ne
me à regno tuo repellas in æternum. Amen.

III.

*d. Luce. 9. 26.**c. Heb. 11. 16.*

PUNCTVM VI.

SEXTO considerandum, cœlestem gloriam
esse præmium 6, quod promittit Christus
D. N. iis, qui sunt cōstantes in custodiēdo
bono, q̄ acceperūt dicēs: *a. Qui vicerit faciā illū* *a. Apoc. 2. 23*
colum-

columnam in templo Dei mei; & foras non egredietur amplius; & scribam super eum nomen Dei mei, & nomē ciuitatis eius noua Ierusalē, quae descendit de caelo à Deo meo, & nomen meū nouū.

I.

PERPENDENDVM hic est primò, quod qui vincunt hostes Christi, & sunt tanquā colūne sustentantes fidem & ipsam Ecclesiam vita & doctrina sua, habebunt in caelo honorem tanquam tales columnae, omnibus eos laudatibus ob sanctitatem & fortitudinem, quā habuerūt in terra: ideoq; facit illos Deus ibi *b columnas templi sui celestis*, ad eius ornatum illas exoliendo & exornando multò melius quā Salomon exornauerit columnas sui templi, mille scilicet cęlaturis & ornamentis gratiarum & virtutū. Eruntq; columnae firmæ, & immutabiles, quia nunquā deserēt locū sibi à Deo designatū; nec vnquam è caelo exhibunt ad priorem statum, in quo fuerant. Et hoc interest inter illos, & iustos, qui hic sunt columnae Ecclesiae, hi enim eò quòd ex seipsis sint mutabiles, decidunt interdum ex statu suo; & propterea dixit ipse Christus Dominus: *c Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Quod si viceris, faciam te columnam in templo Dei mei, & foras non egredieris amplius.* O Redemptor dulcissime, columna vtriusque Ecclesiae Militantis & Triumphantis, qui *d tuam domum adificasti in terra, super septem colūnas magnae firmitatis; da mihi ita firmiter & constanter tibi seruire, vt tandem columna fiam in tuo sancto templo.* Amen.

b 3. Reg 7.
25. &c.

c Apoc. 3. 12

d Prov 9. 1.

DE-

DEINDE est perpendendum, quod Christus D. N. ad has cœlestes columnas magis celebrandas & honorandas, promiserit, *scripturam se super eas tria nomina, e nomen videlicet Dei, & nomen Ciuitatis nouæ Ierusalem, & nomen suum nouū, quod est IESVS & Saluator;* ad significandum; quod illos Deus recipiat, tãquam rem suam, & ipsi sint opera manuum eius, de quibus ipse gloriatur, quod sint perpetui ciues cœlestis Ierusalem, semper gaudentes felici visione pacis, quam ipsum nomē significat. Ac deniq; ipsemet IESVS, imprimit illis fructus sui nominis, quibus manifestat diuitias salutis, quam illis comparauit. O quã erunt pulchrę columnę istę cœlestes, sculptura tria illorum gloriosorum nominum! O Deus animæ meæ, ita quæso, imprime, nomen tuum cordi meo, vt nunquam mea culpa deleatur. O dulcis IESVS, sculpe dulce tuum nomen in meis intimis, imprimens mihi affectus salutis tuæ. O ciuitas Ierusalem, quæ de cœlo descendis, faciens te notam in terra, accipe me in tuum ciuem, nunc per beneuolam fiduciam, & postea per æternam possessionem. Amen.

I I.

c. Apoc. 3. 12

PUNCTVM. VII.

SEPTIMÒ est considerandum, eandem cœlestem gloriam esse illud præmiū, quod Christus D. N. promittit iis, *a qui vincerēt* *repiditatem vitę, quę vomitū prouocat; dicens,* *Qui vicerit, dabo ei sedere mecū in Throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in Throno eius.*

I.

c. Apoc. 3. 21

no eius.

no eius. In quibus verbis perpendenda est summa excellentia, quam Sancti habebunt in gloria, ob magnam affinitatem, quam in ea cum Christo habebunt: quæ etsi par illi non erit, ut tamen eius magnitudo innotescat, explicatur verbis significantibus æqualitatem; & idem dicit: *vincenti dabo*, ut sic in regno meo, non stans instar famuli ministrantis, sed *sedens* in magna quiete & maiestate, tanquam Princeps & magnus in Aula mea, & *sedebit* non procul à me, sed *meum* in comitatu meo, in presentia mea, familiarissimè mecum agens, & bona mea participans. Et *sedebit mecum*, non quomocunque sed *in throno meo*, ita ut non sit inter nos rerum partitio; sed ita ut etiam ipse sit particeps honoris, qui mihi exhibetur: atque si distinctius diceret; dabo ei dignitatem Dei, eo modo quò ipse eius est capax, ut fruatur eà excellentia, quam Lucifer ambiuit, sed non obtinuit; quia

b *Isai. 14. 13*

per mala media quæ fuit, cum dixit: b In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum; sedebo in monte testamenti; ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. O Deus altissime, quantas possum maximas ago tibi grâcias quod hominibus vincentibus superbiam, id largiaris, quod Luciferi & eius Angelis, ab eadem superatis denegasti. c Tu suscitâs de pulvere egenum, & de stercore eleuas pauperem: ut sedeat cum Principibus, & solum gloria teneat. tuæ videlicet, quæ maxima est. In hac vita stetit ille vigilâs

c *1. Reg. 2. 8.*

& la-

& laborans; in futura sedebit & requiescet; Hic fuit in infimo loco prostratus in puluere, & fœce terræ; illic erit in loco altissimo eleuatus ad thronum & magnitudinem celi. Hic fuit similis altissimo in virtutibus; illic erit eidem similis in præmiis, quæ per illas est promeritas. O Rex æterne, si in mortali hac vita tanto afficis honore tibi seruientes, ut de eis dixeris: *dij estis vos, & filij excelsi omnes*; quanto magis in vita immortalis illos honorabis, dans illis dignitatem Deorum, eo modo quo eius sunt capaces? felices illi qui tibi seruiunt, qui tantam postea cœlestitudinem consequentur.

d Psal. 81. 6.

DEINDE comparationem illam expendam, quam Christus Dominus in hac re adhibuit, ad magis declarandam præmij huius magnitudinem, dicens: *Dabo ei sedere in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius*. Arque si diceret: magnos ego labores sustinui & persecutiones, à Dœmone & ministris eius; & de omnibus obrinui victoriam, ob quam Pater meus eleuauit me super omnes cœlos, & *confedere me fecit ad dextram suam* in throno suo. Sic igitur ijs, qui propter me passi fuerint & pugnauerint vsque ad gloriam consequendam, honorem illum exhibebo, quem Pater meus mihi exhibuit, iuxta cuiusque merita, collocando eos ad manum dextram meam; & in throno meo, iuxta gloriæ præminentiam, quam suis seruitis fuerint promeriti. O felices labores,

II

c Rom. 8. 34

quibus

quibus adeo excelsa præmia obtinentur! O dulcis victoria, quæ licet ad tempus carni penam; spiritui tamen adfers thronum ad eum excelsum gloriæ. Assume igitur animum, anima mea, ad pugnandum pro Christo usque ad partam victoriam; siquidem ille pollicetur, et postea regnaturam cum ipso in throno gloriæ eius.

CONCLUSIO PRÆ-
DICTORVM.



X dictis in hisce punctis, concludo sententiam quandam, cōpletentem capita quinque, quæ fuerunt argumenta meditationum in toto hoc libro, efficacia ad nos alliciendos ad diuinum obsequiū: quod videlicet labores huius vitæ non sint pares, nec inferno, quem peccatis meis sum promeritus; nec coelo, quod mihi est promissum; nec iis, quæ meus Redemptor fecit, passusque est mei remedii causa; nec infinitæ bonitati & maiestati Dei, cui seruo; nec beneficiis innumeris, quæ mihi contulit, & adhuc spero conferet, dum tribuet mihi præmia gloriæ: Quæ fiducia ea præmia obtinendi, inniti debet præcipuè bonitati & charitati Dei promittentis, & meritis IESV Christi D.N. qui illa comparauit, ac desiderio quod præfert, me faciendi illorum participem; & tot mediis, quæ mihi dedit ad

illa

Tituli &
nomina fi-
ducia ob-
tinendi
Dei præ-
mia.